



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XLIV. De Pace iterum reformata & destructa, & de aedificatione castri
Santirii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CHRONICI PRUSSIAE.

Conradus Landgr. Thur. V. Magister Ordinis Gen.
Poppo de Osterna II. Magister in Pruss. Provincialis.

143

CAP. XLIII.

De

Tribulatione Fratrum post Con-
fictum.

Propter hanc stragem fratrum Svanepolcus gavisus est gau-
dio magno valde, & apponens iniqvitatem super iniqvitatem
suam, addensque dolorem super dolorem vulnerum fratrum,
nitebatur modis, qvibus potuit, qualiter populum eis subjectum
in summa necessitate constitutum ab ipsis averteret & ad volun-
tatem suam perfidam precibus & muneribus inclinaret, & licet
aliqvi ab eo corrupti essent, & ad ipsius beneplacitum occulte
inclinati; tamen DEI providentiâ & fratrum discretione provi-
sum fuit, qvod nullus audebat talia publicè ostentare. Et sic
ejus machinationibus in nihilum redactis, in malo suo proposi-
to non profecit.

CAP. XLIV.

De

Pace iterum reformatâ & destructâ,
& de edificatione castri Santiri.

Svanepolcus Dux Pomeraniæ prædictus cum in hac callida
tentatione non proficeret, invenit aliam graviorem, estimans
indubitanter, tunc tempus aptum & diu desideratum advenisse,
in quo posset sine alienj resistentia illam modicam scintillam
Christi fidelium, qvæ residua mansit, post ultimum conflictum
extingvere penitus & delere, & congregavit duo Millia virorum
præelectorum in armis, & transiens Wisselam navigio intravit
ter-

PARS TERTIA

*Conradus Landgr. Thur. V. Magister Ord. Generalis.
Popo de Osterna II. Mag. Prov. in Prussia.*

terram Colmensem, duobus diebus & duabus noctibus sustulit, quicquid relictum fuit, aliud convertit in Cinerem & favillam. Medio tempore quo haec agerentur, fratres de Culmine cum Nobilibus & civibus suis de civitate Culmensi congregati videntes mala quae fecerat Svantepolcus cum Exercitu suo ingemuerunt, & tudentes pectora sua cum lacrymis rogaverunt Deum, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo & ne des hereditatem tuam in perditionem. Fratres attendentes quod si iterum invaderent exercitum illum & perderent victoram, sine spe recuperationis amitterent terram Prusciae, & fides Christi ibi per consequens deleretur. Nobiles vero & Cives de Culmine dicebant, quod potius vellent honeste mori in bello, quam sic vivendo miserabiliter desicere de die in diem. Et irruit Spiritus Domini in fratres & omnes qui aderant, & licet essent nimis pauci respectu inimicorum; Confisi tamen in Domino aggressi sunt hostes hostiliter & audacter ante Civitatem Colmensem, & factum est praelium magnum inter eos pluribus cadentibus ex utraqve parte. Tandem Pater misericordiarum & DEUS totius consolationis qui suos in omni tribulatione consolatur, confortavit fratres in tantum quod Svantepolcus de hoc perterritus cum omni populo suo fugit & inclinavit se versus locum, ubi naves reliquerat, sperans per easdem evadere. Sed non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projectit ventus a facie terrae. Sic venit ventus validus & omnes naves illas longe a littore removit, & factum fuit eis cum istis navibus, sicut accidit Paganorum Regi Saracenorum perditam Victoria a facie Karoli fugienti. Et cum non invenirent naves intraverunt Wiselam & submersi sunt prater Svantepolcum & paucos qui cum eo recesserant, omnes qui prius gladium evaserant; Sicque consolatus est Dominus

*Conradus Landgr. Thur. V. Magister gen. Ord. Teut.
Poppo de Osterna II. Magister Provincialis in Prussia.*

nus populum suum in necessitate maxima constitutum. Fratres
sic undique angustiis angustiati inter mnlta consilia hinc inde
qvæsita tandem fratribus dicti Rabe de Redino Viri prudentis & in
arduis negotiis circumspeti consilium hoc fuit, ut Mestvvinum
filium Svantepolci obsidem mitterent Duci Austriae & deman-
darent ad partes Almaniæ, Bohemiæ, Cracoviæ & Poloniæ sta-
tum terræ Prussiae & fratrum, attendantes, qvod negotium fidei
& fidelium breviter ibi periret, nisi per divinæ Virtutis auxili-
um & ipsorum celeriter succurreretur; qvod cum factum fuisset
venit fr. Poppo Magister cum IV. fratribus, & de Marchia, Mi-
sna & Thuringia Sex fratres. Dux etiam Austriae misit sub ex-
pensis suis XXX. Sagittarios Eqvites in subsidium dictæ terræ.
De qvorum adventu fratres multum gavisi sunt. Svantepol-
cus autem è contra perturbatus & meticulosus factus intantum,
qvod præ timore gratiam qværens iteruu à fratribus obtinuit &
vetus pax innovatur. Tantum innata ejus malitia à persecutio-
ne fratrum & suorum fraudulentia & Clandestinanon cessavit,
& qvando super hoc argueretur à fratribus non curavit: Tan-
dem ut occulta ejus malitia detegeretur, congregato Exercito
valido, intravit hostiliter Cujaviam terram Ducis Casimiri eam
Incendiis & rapinis multiplicitate devastando, captisqve ibi mul-
tis Christianis & occisis cum aliarum rerum rediit præda magna,
super qvo dum iterum reprehenderetur: qvod nec propter
Papam, nec propter Imperatorem, vel aliquem viventem vellet
desinere persequi hostes suos, & addidit: Reddat mihi filium
meum, si vultis habere pacem mecum. Cum ergò fratres non
redderent ei filiū suum incepit eos publicè persequi sicut prius.
Ædificavit enim circa confluentiam fluminum scil. Wiselæ &
Nogadi castrum dictum Santirium, in quo locavit Viros ini-

T.

qvos

*Conradus Landgr. Thur. V. Magister Ord. Gener.
Poppe de Osterne II. Magister Provincialis in Prussia*

qvos, qvi Fratrum subditos nec pacificè ascendere aut descendere navigio permiserunt: qvin spoliarent eos rebus suis, vel caperent ac mactarent.

C A P U T X L V .

De

Ædificatione Castris Swetze & impugnatione ipsius.

Fratres itaque videntes sibi nova bella imminere Castrum Sardovicz fideli suo Samborio filio Svantopelci resignantes cum omnibus attinentiis commiserunt, ecce mira res & ultra modum stupenda, filii opposuerunt se Patri propter severitatem, quam in fidei & fidelium ignominiam exercebat. Hoc facto fratres miserunt nuncios Legato sedis Apostolicæ & Magistro Generali, nunciantes eis, novum bellum & Statum terræ Pruschiæ. Quo audito Legatus personaliter crucem contra dictum tyrannum prædicavit, & mandavit in diversis regnis & Provinciis auctoritate Apostolica prædicari. Sed quia perversa malitia & malitiosa perversitas reproborum latatur cum male fecerit, & exultat in rebus pessimis, ideo iste gavisus valde de castro Santirio, quod in grave construxit præjudicium fidei & Christi fidelium, incœpit ædificare castrum aliud ex opposito civitatis nunc Culmensis, quæ dicitur (a) Svvecza, ut omnino in fluvio Wisele tam supra quam infra transitus Navigio necessarius valde fratribus non pateat. Quod cum ad aures Magistri deveniret mandavit fratribus de Colmine, ut cum suis navigio descenderent. Ipse autem cum Fratribus de Thorun & Duce Casemiro ad dictum locum intenderet cum exercitu eqvitare vole-

207D